

Explanatio sancti Thome

nam Job. 31. Ab infantia crevit mecum misatio. Respon-
deo dicendum est qd misatio dicitur quasi miserum cor
super aliena miseria. et hoc est dupliciter. Uno modo per
solam apprehensionem: et sic deus sine passione nostras
miseriam apprehendit. Ipse enim cognouit figmentum
nostrum vt dicitur in ps. Alio modo per experientiam et
sic christus potissime in passione expertus est miseriaz no-
stram. Item ipse est fidelis aduocatus. Et ideo dicit po-
tifer. infra. 9. Christus assistens pontifex futurorum bo-
norum. Et ad illam requiritur qd sit fidelis. i. corinth. 4.
Hic iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis in-
ueniatur. et hoc totum vt respiciaret delicta populi. sci-
licet pro quo mortem sustinere voluit. Ipsa enim passio
allegatio est et fidelium interpellatio. Deinde cum vi-
dit: In eo enim etc. Exponit istam vtilitatem et continuat
sic. Quasi dicat. Non loquor de xpo in quantum deus:
sed in quantum est homo. Et ideo in eo. id est in illa natura
quam assumpsit vt experiretur in se nostram causam esse
suam. Unde dicit Et temptatus et passus est. ideo potes
est etc. Vel aliter. Ideo factus est misericors et fidelis. qz
in eo qd passus et temptatus est: habet quandam conueni-
entiam ad hoc qd misereatur. Et dicit temptatus non a car-
ne sed ab hoste. Matth. 4. Ductus est iesus in desertum
a spiritu vt temptaretur a dyabolo. In ipso enim non fu-
it aliqua rebellio partis inferioris ad superiorem: sed pas-
sus est in carne pro nobis. i. pe. 2. Christus passus est
pro nobis etc. Et. 4. Christo ergo in carne passus et vos
eadem cogitatione armamini.

Capitulum tertium.

Unde fratres sancti: vocatio-
nis celestis participes: conside-
rate apostolum et pontificem con-
fessionis nostre. Iesum: qui fi-
delis est ei qui fecit illum sicut et
Moyses in omni domo eius. Amplioris enim
glorie iste pre Moysen dignus habitus est quoniam
ampliores honores habet domus: qui
fabricauit illam. Omnis namque domus fabri-
catur ab aliquo. Qui autem omnia creauit
deus est. Et moyses quidem fidelis erat in
rota domo eius tanquam famulus in testimoni-
um eorum que dicenda erant. Christus ve-
ro tanquam filius in domo sua. Que domus su-
mus nos si fiduciam et gloriam spei usque ad
finem firmam retineamus.

Sicut supra dictum fuit lex vetus ex tribus habuit aucto-
ritatem. scilicet ex angelo. ex moysen. et ex aaron pontifice.
Apostolus autem supra pretulit christum auctorem noui testa-
menti angelis per quos lex data fuit: hic intendit ipsum
preferre moysen qui fuit promulgator et quasi legislator ve-
teris testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo enim pre-
fert christum moysi. Secundo concludit ex hoc qd sit ef-
ficacissime obediendus christo ibi. Quia propter sicut di-
cit spiritus sanctus etc. Circa primum tria facit. primo pre-
mittit dignitatem christi. Secundo ostendit quid sit commu-
ne christo et moysi ibi. Qui fidelis est ei etc. Tertio pre-
fert christum moysi ibi. Amplioris autem glorie etc. Circa

primum duo facit. quia primo ponit conditionem eorum ad
quos loquitur. Secundo conditionem eius de quo loquitur
tur ibi. Considerate apostolum etc. Illos autem ad quos lo-
quitur describit tripliciter. Primo ex charitate. Unde vi-
ditur Fratres. quasi diceret. qz ex semine abrahe fratres estis
et christi inter vos adiuuicet Matth. 23. Omnes vos fra-
tres estis etc. Item fratres christi. supra. 2. Non confundit
eos vocare fratres. Hanc autem fraternitatem facit chari-
tas. ps. Ecce quod bonum et quod iocundum etc. Secundo etiam de-
scribit eos ex sanctitate cum dicit Sancti. Et hoc propter
sacramentorum perceptionem. i. corinth. 6. sed abluti estis:
sed sanctificati estis etc. Tertio describit eos ex vocatio-
ne cum dicit Vocationis celestis participes. Ista autem
vocatio dupliciter potest intelligi celestis esse. Vel quia
vocati sunt ad celestia regna. i. thes. 2. Vocauit nos ad
suum regnum et gloriam. Vel vocauit nos vocatione celesti. qz
non humana adinuatione sed celesti gratia. Galat. 1.
Vocauit per gratiam suam Ro. 8. Quos autem predestina-
uit hos et vocauit etc. Esa. 41. Quis suscitauit ab oriente
iustum vocauit eum vt sequeretur se: Consequenter
describit illum de quo loquitur cum dicit. Considerate etc.
infra. 12. Aspicientes in actorem fidei et consummatoris iesum
etc. Sed quem? Apostolum inquit et pontificem con-
fessionis etc. Apostolus enim in sequentibus prefert christum
moysi et aaron. et ideo ascribit ei vniuersam dignitatem
moysi. scilicet quod missus fuit a deo ps. Adit moyses ser-
uum suum. Aaron vero qui pontifex fuit. Exod. 28. Ap-
plica quos ad te aaron etc. Christus autem excellentius mis-
sus fuit apostolus quam moyses Exod. 4. Obsecro domine
mitte quem missurus es. Quasi dicat. Alium digniores
missurus es. Ite ipse est pontifex et sacerdos. ps. Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Quasi er-
go premitit hic conditionem suam principalem dicens: An-
te id est ergo fratres considerate apostolum. Quasi dicat.
Preferentiam considerate illum apostolum id est missum
moysen et pontificem aaron et considerate apostolum et
pontificem confessionis nostre. id est illum quem nos con-
fitemur. Hoc enim est necessarium ad salutem vt constitemur
eum. Ro. 10. Corde creditur ad iusticiam: ore autem confes-
sio fit ad salutem. Vel confessionis. id est sacrificij spiri-
tualis. Omnis enim sacerdos ordinatur ad sacrificia offer-
renda. Duplex autem est sacrificium. scilicet corporale vel
temporale. Et ad hoc institutus fuit aaron. Aliud autem
est sacrificium spirituale: quod est in fidei confessione. ps.
Sacrificium laudis honorificabit me. Et ad istud sacrifici-
um institutus est christus: non ad ihauros Esa. 1. Holo-
causta arietis et adipe pinguium et sanguine vitulorum et agno-
rum et hyrcorum noluit. Et paulo post ibidem sequitur. Me of-
feratis ultra sacrificium frustra. Deinde cum dicit. Qui fi-
delis etc. Comparat christum moysi. De aaron infra facit men-
tionem specialem. et ponit primo hic vt dicitur est illis in quo
conueniunt. Sciendum est autem qd totum hoc quod hic dicitur
de moysen fundatur super illud quod habetur Numeri
12. vbi dominus ostendit excellentiam moysi postquam iur-
gati sunt contra ipsum aaron et maria. vbi ponuntur hec
verba que apostolus hic allegat. Ibi enim dicitur sic. At
non talis seruus meus moyses qui in omni domo mea fi-
delissimus est. Hoc autem potest conuenire et christo et
moysi. De moysen enim patet ex ipsa historia allegata. De
christo etiam intelligitur. quia ipse secundum quod homo fidelis est
ei qui fecit eum. scilicet deo patri quem secundum humanitatem
tem fecit Romanorum. i. Qui factus est ei ex semine da-
uid secundum carnem. secundum enim quod deus non est factus nec crea-
tus sed genitus. Fidelis autem fuit deo patri. quia glo-
riam eius querebat non suam Iohannis. 8. Ego gloriam

in epistolam ad Hebræos II

meam non quero. **Et. 7.** dicitur. Qui querit gloriam eius qui eum misit hic verax est et iniusticia in illo non est. **Fidelis** ergo est christus ei qui fecit eum sicut moyses. et hoc in omni domo eius: que domus est vniuersitas fidelium de qua. ps. Domus tuam decet sanctitudo domine etc. **Deinde** cum dicit: Amplioris enim glorie etc. **Prefert** christum moysi et hoc quantum ad duo. **Primo** quantum ad potestatem. **Secundo** quantum ad conditionem. **Ibi** et moyses quidem etc. **Comendando** autem christum commendat ipsum habuisse honores in omni domo. sed quod christus ipsum excellat ostendit. **Ibi** primo ponit rationem. **Secundo** manifestat ibi. **Omnia** namque domus etc. **Ratio** autem apostoli est quod maior gloria debetur illi qui fecit domum quam illi qui eam inhabitat. christus autem fabricator et cauit domum. ps. Tu fabricatus es auro et sol. puer. 9. **Sapientia** edificauit sibi domum. id est ecclesiam. **Ipe** enim christus per quem gratia et veritas facta est tanquam legislator edificauit ecclesiam. **Moyse** autem tanquam legis pronuntiatorem. et ideo solum ut pronuntiator debet gloria moysi. **Unde** et respicendū facies eius de qua **Exod. 34.** et. 2. **corinthios. 3.** Ita ut non possent filij israel intendere in faciem moysi propter gloriam vultus eius. **Continuat** ergo sic littera. **Tu** dicit quod christus est fidelis sicut moyses. quare ergo dimitemus ne consideremus? **Certe** quod amplioris glorie dignus est habitus pre moyse. quanto ampliozem gloriam habet dominus domus qui fecit illam. **Quasi** dicat. si moyses multus sit honorabilis: tamen christus honorabilior est. sicut fabricator domus. et sicut legislator principalis **Job. 36.** Ecce deus excelsus in fortitudine suadet nullus ei similis in legislatoribus. **Si** ergo debetur gloria moysi: ampliori dignus est christus. **2. corinthios. 3.** Si ministratio damnationis in gloria est: multo magis ministratio iusticie erit in gloria. **Consequenter** probat minorem sue rationis cur dicit. **Omnia** namque domus etc. **Minor** autem est quod christus fabricauit domum istam. et hoc probat primo. quia omnis domus indiget fabricatore. **Secundo** quia ista domus de qua loquitur a christo fabricata est ibi. **Qui** autem omnia etc. **Primo** ergo probat quod ista domus sicut et quelibet alia indiget fabricatore. quia diuersa non coniunguntur nisi ab aliquo vno. sicut patet de domo artificiali in qua ligna et lapides ex quibus composita est vniuntur ab aliquo. **Gregatio** autem fidelium que est in ecclesia: et domus dei ex diuersis collecta est. scilicet iudeis et gentibus: seruus et liberis. **Et** ideo ecclesia sicut et omnis domus ab aliquo vniante fabricatur. **Huius** rationis ponit tamen conclusionem supponens veritatem premissarum ex facti euidencia. **1. Petri. 2.** Ipsi tanquam lapides viuī supedificamini domos spirituales etc. **Ephes. 2.** Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum etc. **Deinde** cum dicit **Qui** autem creauit etc. **Probat** quod christus sit istius domus edificator. **Deus** enim qui fecit omnia etc. **Et** si hoc intelligitur de toto mundo planū est. ps. Ipse dixit et facta sunt etc. **Est** autem creatio spiritualis que fit per spiritum. psal. **Emite** spiritum tuum et creabuntur. et renouabis faciem etc. **Et** hoc fit a deo per christum **Iaco. 1.** **Voluntarie** genuit nos verbo veritatis: ut simus initium aliquid creature eius **Ephes. 2.** **Ipsi**us factura sumus creati in christo iesu in operibus bonis etc. **Deus** ergo istam domum scilicet ecclesiam ex nihilo. scilicet de statu peccati in statu gratie creauit. ergo christus per quem fecit omnia. supra. **1.** **Per** quem fecit et secula **Johannis. 1.** **Omnia** per ipsum facta sunt: et sine ipso etc. **Est** excellentior vti potest. quia habet potestatem factoris quam moyses qui solum fuit pronuntiator. **Deinde** cum dicit **Et** moyses quidem etc. **Prefert**

christum moysi quantum ad conditionem. et circa hoc duo facta sunt. **Primo** enim ponit rationem suam. **Secundo** manifestat eam ibi. **Que** domus etc. **Apostolus** valde diligenter notat verba illa scripta de moyse. in quibus duo dicuntur de ipso. **Vocatur** enim seruus. **vocatur** etiam fidelis non in domo propria: sed in domo dei nostri. **Et** quantum ad ista duo prefert christum moysi. **Primo** enim ostendit quod conueniat moysi. **Secundo** quid conueniat christo ibi. **Christus** vero tanquam filius etc. **Dicit** ergo quod moyses fidelis erat tanquam seruus. id est sicut fidelis dispensator. **Matth. 25.** **Euge** serue bone et fidelis. quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam etc. **Christus** autem quodammodo seruus est. scilicet secundum carnem. **Phil. 2.** **Forma** serui accipiens. sed moyses fuit famulus in verbis dei proponendis filijs israel. **Et** quo patet. quod erat fidelis famulus? illa que dicebat ordinabant ad alium. scilicet ad christum. **Et** hoc erat testimonium eorum que dicenda erant. **Johannis. 5.** **Si** crederetis moysi credetis forsitan et mihi. de me enim ille scripsit **Actuum 10.** **Huic** omnes prophete testimonium perhibent. **Quia** ergo erat famulus? ideo erat non in domo propria sed in aliena. **Et** quia ea que dicebat erant in testimonium eorum que dicenda erant de christo. ideo moyses omninoque minor est christo. **Deinde** cum dicit. **Christus** vero etc. ostendit quid conueniat christo. quia scilicet christus non est sicut seruus: sed sicut filius in domo patris et per consequens sua. quia heres naturalis. supra. **1.** **Quem** constituit heredem vniuersorum etc. **Ecclesia** enim est domus christi. **proverbi. 14.** **Sapientis** mulier edificat domum. ps. **Dominus** dixit ad me filius meus es tu etc. **Matth. 3.** **Filius** meus dilectus etc. **Est** ergo non seruus sed filius et in domo sua. sed moyses est seruus in domo aliena **Johannis. 8.** **Filius** manet in eternum. **Deinde** cum dicit: **Que** domus etc. **Ostendit** quod ista domus sit sua et que sit. **Ista** enim domus sunt fideles et sunt domus christi. quod credunt in christum. **1. timoth. 3.** **In** domo dei que est ecclesia. **Et** etiam quia christus habitat in ipse **philip. 3.** **Habitare** christum per fidem in cordibus vestris. **Hec** ergo domus. scilicet nos fideles sumus. **Ad** hoc autem quod si mus domus dei quattuor requiruntur circa domum que non sunt in tabernaculo. **Et** ista tangit apostolus. **Primo** quod spes nostra et fides sit certa et permanens. tabernaculum autem et si sit firmum tamen cito moueri potest. **Et** significat illos qui ad tempus credunt: et in tempore temptationis recedunt. **Et** ideo dicit: **Si** retineamus fiduciam. dictum est supra quod fiducia est spes cum expectatione firma opinione. **2. corinthios. 3.** **Fiduciam** talem habemus per christum ad deum. **Secundo** quod sit ordinare disposita. **Et** ideo dicit. **Spei** glorie. id est ad gloriam dei ordinate. ita quod contemptis alijs gloriemur in spe glorie. **Ierem. 9.** **In** hoc glorie qui gloriatur scire et nosce me **Tertio** quod sit perseuerans. **Unde** dicit **Actuum in fine Mat. 10.** **Qui** perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. **Quarto** quod sit firma. ut scilicet nulla aduersitate moueatur. **Unde** dicit **Firma. infra. 6.** **Confugi**mus ad tenendam propositionem quam si anachorā habem? anime tutā et firmā.

Lectio secunda.

Quia propter sicut dicit spiritus sanctus. **Hodie** si voces eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto. **Ibi** temptauerunt me patres vsi

Explanatio sancti Thome

probauerunt et viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod offensus fui generationi huic: et dixi semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas: quibus iuravi in ira mea: si introibunt in requiem meam.

Supra probauit apostolus quod christus est maioris excellentie quam moyses: hic concludit quod magis est obediendum christo. Et hoc facit propter auctoritatem prophete dauid in psalmo. **Ubi tria facit.** quod primo proponit auctoritatem quam continet quamdam exhortationem. Secundo exponit eam ibi **Videte fratres etc.** Tertio ex auctoritate et expositione arguit. **4. ca.** ibi **Timeamus ergo fratres etc.** Circa primam tria facit. **Primo** enim insinuat auctoritatem verborum sequentium. **Secundo** ponit exhortationem que est in auctoritate ibi **Hodie si vocem eius etc.** Tertio ponit quandam similitudinem ibi. **Sicut in exacerbatione etc.** Auctoritas verborum est ex hoc quod non sunt prolata humana adinventione: sed a spiritu sancto. Unde dicit. **Quia** propter sicut dicit spiritus sanctus. **Ipsa** autem verba veteris testamenti allegat pro nouo ne credatur quod non sint referenda ad vetus testamentum. immo etiam ad nouum et ad aliud tempus referri debent. **Et** sunt verba spiritus sancti. quod ut dicitur. **2. pe. 1.** **Non** humana voluntate allata est aliquando prophetia sed spiritus sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. **Ipsa** enim dauid dicit. **2. reg. 23.** de seipso. **Spiritus** domini locutus est per me. **In** hoc ergo ostendit auctoritatem esse veram. quia scilicet est a spiritu sancto contra manicheum. **Deinde** cum dicit. **Hodie** si vocem etc. **Ponit** monitionem ubi facit tria. **Primo** enim describit tempus cum dicit: **Hodie** etc. **Secundo** subdit beneficium ibi **Si** vocem eius etc. **Tertio** subiungit monitionem suam ibi **Nolite** obdurare etc. **Tempus** est hodie scilicet tempus dei. **Tempus** enim legis veteris dicebatur nox. quia erat tempus vmbre. **in 2. fra. 10.** **Ambra** enim habens lex futurorum bonorum. **Sed** tempus noui testamenti. quia repellit vmbra noctis legis dicitur dies. **Ro. 13.** **Abi** clamamus opera tenebrarum et in duamur arma lucis etc. **Et** in hac die exhibetur nobis beneficium. quia audimus vocem eius quod non erat in veteri testamento in quo audiebantur tantum verba prophetarum. **supra. 1.** **Quia** deus loquens patribus in prophetis. nouissime vero diebus istis locutus est nobis in filio etc. **1. sa. 52.** **Propter** hoc sciet populus meus nomen meum in die illa. quod ego ipse qui loquebar ecce adsum. **Canonicorum. 2.** **Sonet** vox tua in auribus meis etc. **In** hoc enim exhibetur nobis beneficium tantum desideratum. **Luce. 19.** **In** hac die tua que ad pacem tibi etc. **Et** ergo tantum beneficium ecce monitio. **Nolite** obdurare corda vestra. **Cor** durum sonat in malum. **Durum** est quod non cedit sed resistit impellenti. **Et** sic dicitur cor hominis durum quando non cedit diuine iustitioni. **Ecc. 3.** **Cor** durum male habebit in nouissimo. **Ro. 2.** **Secundum** duritiam tuam et cor tuum impenitens thesaurizas tibi iram in die ire. **Hec** autem induratio ex duobus causatur. **Ex** vno quasi negatiue. scilicet ex deo non apponente gratiam. **Ro. 9.** **Quia** vult deus miseretur et quem vult indurat. **Ex** alio vero positiue. et hoc modo indurat seipsum non obediendo deo et non aperiendo cor suum gratie. **Zacha. 7.** **Cor** suum posuerunt ut adamantes non audirent legem et verba que misit dominus exercituum spiritu suo per manus prophetarum priorum. **Nolite** ergo obdurare corda vestra. **1. nolite** corda claudere spiritus sancto. **act. 7.** **Hos** semper spiritus sancto resististis. **Quod** sequitur ponit similitudinem cum dicit. **Sicut** in exacerbatione etc. **Intentio** autem apo-

stoli est ex factis priorum concludere per similitudinem suum propositum. quia ut dicitur **Ro. 15.** **Quocumque** scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. **Facit** autem duo circa hoc. quia primo proponit exemplum in generali ponendo culpam. **Secundo** in speciali ibi. **Ubi** temptauerunt me patres vestri etc. **Et** autem sequamur expositionem apostoli oportet ponere in ista littera sententiam qui conueniat expositioni. **Legimus** autem inter alia duas culpas filiorum israel grauis sine punitas. **Una** fuit inobedientia quam habuerunt in facto exploratorum de quo **Numeri. 13. et 14.** **Pro** quo facti indignatus dominus voluit totum populum delere. **Unde** intravit quod nullus intraret terram promissionis exceptis duobus scilicet **Caleb** et **Iosue**. **Istud** autem vocat specialiter exacerbationem. quia licet per alia peccata offendissent deum tamen per illud exacerbauerunt ipsum. quia sicut fructus acerbus qui opponitur maturo non est aptus ad cibum sic tunc ira dei fuit inflexibilis. **Baruch. 4.** **Exacerbastis** enim qui fecit vos. **Aliud** peccatum fuit peccatum temptationis. **Frequentem** enim temptauerunt deum. quia quandoque pro aqua. quandoque pro carnibus. quandoque vero pro pane ita quod decies temptauerunt ipsum. **Possent** autem aliqui putare quod idem esset peccatum. exacerbatio et temptatio. ita quod vellet apostolus dicere. **Nolite** obdurare corda vestra sicut in exacerbatione que fuit in die temptationis. **Sed** hoc est contra expositionem apostoli. **Sed** dicendum est sic. **Nolite** obdurare corda vestra sicut in exacerbatione. et iterum sicut in die temptationis. ita quod sint duo peccata. **Unde** de psalmo. **Conuersi** sunt et temptauerunt deum et sancti israel exacerbauerunt. **Consequenter** prosequitur culpas in speciali cum dicit. **Ubi** temptauerunt me patres vestri etc. **Et** circa hoc duo facit. quia primo ponit peccatum temptationis. **Secundo** peccatum exacerbationis ibi **Et** dixi semper per hi etc. **Circa** primum tria facit. **Primo** enim ponit peccatum temptationis. **Secundo** ostendit eius grauitatem ibi **Probauerunt** etc. **Tertio** ponit penam ibi **Propter** quod offensus fui. **Dicit** ergo. **Peccatum** temptationis. quia secundum diem temptationis inquit in deserto. **Temptare** autem est experimentum sumere de re quam quis ignorat. **Unde** quod quis temptat deum procedit ex infidelitate. **Sed** sciendum est quod aliquando aliquis temptat deum non cum intentione temptandi et experiendi. verumtamen se habet ad modum temptatis. **Qui** enim vitur re sua propter utilitatem non temptat proprie. puta si aliquis fugiens currat super equum suum et si temptat: non tamen cum intentione temptandi. **Sed** quando ad nihil utile est quod facit. tunc temptat. **Item** si aliquis exponat se alicui periculo compulsus necessitate sub spe diuini auxilii non temptat deum. **Si** autem sine aliqua necessitate tunc temptat deum. **Et** sic dicit ipse **Mat. 4.** **Non** temptabis dominum deum tuum. quia necessitas nulla erat quod mitteret se deorsum. **Sic** isti temptauerunt dominum. quia dubitauerunt de potestate dei clamantes contra moysen: ac si deus non posset eis dare cibum. **Deinde** ponitur grauitas culpe cum dicit: **Probauerunt** me etc. **Quanto** enim aliquis maiora beneficia dei recipit et maiorem certitudinem diuine potestatis tanto grauius postmodum peccat. **Isti** vero viderunt signa et prodigia in terra egypti. **aperitionem** maris et alia miracula et tamen non cessauerunt. **Unde** **numeri. 14.** **Homines** qui viderunt maiestatem meam et signa que feci in egypto et in similitudine et temptauerunt me iam per decem vices etc. **Et** ideo dicit probauerunt. id est expiri voluerunt. et viderunt. id est expiti sunt opera mea. id est effectus qui non poterant esse nisi virtutis: in fine est ille qui opera faciebat. **Et** hoc totum non vno die: sed **40. annis** quibus. **1. mauerunt** i deo. quod semper habuerunt manum et colunam ignis et nubem. **Ubi** probauerunt et viderunt me quod. **1. nullo**

in epistolam ad Hebreos III

de feci eis. Illud tñ qd dicit qdraginta annis fin intentio nem apostoli refertur ad priora: sed fin intentione psalmiste refertur ad sequentia: ut dicatur qd offensus vel insensus eis fuit quadraginta annis. Et sic habet lra Dies romyni. Deinde cum dicit. Propter quod offensus fui etc. ponit pena peccati et est duplex lra scz offensus vl proximus: et idem est propter quod id e propter peccatu sui offensus id e indignatus non q ira sit in deo nisi similitudinarie quia punit sicut iratus. de qua pena frequenter habetur in Exodo et in libro numeroz. Sepe enim prostrati sunt. Unde pme Cor. 10. agit de pena isti peccati. Vel proximus sui scz puniendo ipos. Quando enim dominus subuenit bonis et punit malos. tunc e ppe ipos: sed quando dissimulat peccata hominu propter penitentiam et dissimulat afflictionem inhorum vt crescat iporum meritum: tunc videtur esse longe. Job. 22. Vultus latibulum eius nec nostra considerat et circa cardes celi perambulat. Vel proximus quantum ad diuinā misericordiam quia hoc ipsum qd punit eos teporaliter magnum misericordie signum est. Deinde cum dicit. Et dixi etc. ponit peccatum exacerbationis. Et hoc patet p hoc quod infra dicitur. Quibus autem iuravit nō introire etc. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit culpam. Secundo subdit penam ibi. Quibus iuravi in ira mea etc. Culpam autem duplicem ponit. Una e in obstinatione in malo. Alia est in recessu a bono. Et istaz ponit ibi Ipsi vero non cognouerunt vias meas. Dicit ergo Ego sic fui eis. primum scz puniendo eos: et dixi scz pmissione eterna: hi errant corde semper. Deuter. 31. Semper contentiose egistis contra dominū. Jere. 13. Si potest etibus ops mutare pellem suam etc. Sic ergo vno mō aliqs exarcebat deum quando obstinate adheret malo. Alio modo quando contemnit bonum. Unde dicit. Ipsi vero nō cognouerunt vias meas: hoc e non quantum ad simplicem ignorantiam sed ad affectatam. Job. 21. Scientiam viarum tuarum nolimus. ps. Voluit intelligere vt bene ageret. Vel non cognouerunt id e non approbauerunt sicut dicit apostolus. 2. Cor. 2. Cognouit dominus qui sunt ei. Consequenter ostendit penam cum dicit. Quibus iuravi etc. In qua vero ponit immobilitates etc. hoc qd vult iuramenta firma. quando enim deus vel angelus inueniuntur iurare signum e immobilitatis eius: de quo iuratur. ps. Iuravit dominus et nō penitebit eū etc. Verumtamē aliquando non iurat nisi sub conditioe quia scz non peniteant hec mala eueniēt eis. Ponit etiā qd pena ista non est ad cōminationē sed magis ad exterminationem quia dicit in ira. ps. Domine neq; ira tua corripas me. Iuravit ergo in ira si introibunt etc. Constructio est defectiua ad modum irati qui truncat verba sua. Et accipitur ly si pro non id est non introibunt in requiem meam. Est autem triplex requies. Una est temporalis. de qua Luc. 12. Habes multa bona reposita in annos plurimos requiesce etc. Secunda e requies cōscientie. Eccl. 51. Modicum laboraui et inueni requiē multam. Tertia est requies glorie eterne. ps. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Ipsi vero nec in terrā promissionis nec in requiē fruitionis eterne introierunt.

Lectio tertia.

Uidete fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos

dies donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim christi effecti sumus: si tamē initium substantie eius vsq; ad finem firmuz retineamus: dum dicitur. Hodie si vocē ei audieritis nolite obdurare corda vstra: quē admodū in illa exacerbatione. Quidā enim audientes exacerbauerunt: sed nō vniuersi qui profecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autem insensus est quadraginta annis: Nonne illis qui peccauerunt quorū cadauera prostrata sunt in deserto. Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsi nisi illis qui increduli fuerunt: Et videm⁹ quia non potuerunt introire in requiē ipsi propter incredulitatem.

Supra apostolus per auctoritatem psalmiste ostēdit qd firmiter obediendum e christo. In auctoritate vero posuit scz monitionē culpam et penam: hic exponit ista tria p ordinem. Primo facit hic. secundū ibi. Quidam enim. etc. Tertium ibi. Quibus autem iuravit etc. In admonitione vero sunt duo scz ipsa monitio. et ipsius monitionis conditio. Unde ista duo exponit. Primo primum hic. Secundo secundum ibi. Participes enim xpi etc. In prima vero admonitione ad vno hortatur scz ad sollicitam cōsiderationē. Secūdo ad mutuā admonitionē ibi. Sed adhortamur etc. Dicit ergo. Videte etc. Vnusquisq; enim in se v3 cōsiderare in quo statu sit. Sal. 6. Opus suū probet vnusquisq;. Jere. 2. Vide vias tuas in cōualle. Videte ergo frēs quātū ad quēlibet in se qz quilibet e pars societatis et vnusquisq; mādauit de⁹ de pximo suo. Eccl. 17. Videte. i. pbate vnus alium ne forte sit in aliquo vestrum etc. Quasi dicat. Multi inter vos sunt in statu peccato tamē ppter fragilitatem et arbitrij libertatē posset eē malū in aliquo vrm. Job. 4. Ecce qui seruiunt ei nō sūt stabiles et in angelis suis reperit pauitātē: quanto magis hi qui habitant domos luteas et terrenū habent fundamentū. Job. 6. Nōne ego duodecim vos elegi et vn⁹ ex vobis diabolus e. Non ergo aliquis sit tñ sollicitus de se sed etiā de quolibet sue societatis. Sed quid? Ne sit in aliquo vestrum cor malū incredulitatis. Ecce malum de quo loquit apostolus scz cor incredulum. i. nō firmū in fide in quo consistit malitia anime: qz sicut bonū anime me in adherēdo deo e ps. Mihi autē adherere deo bonū e. Qd scz e p fidē: ita recedere a deo p incredulitatē e malū hoīs. Jere. 2. Scito et vide isrl qz malū et amarū e reliquisse te dñm. etc. Et tō dicit discedēdi qz p incredulitatē recedit a deo. Jere. 2. De dereliquit fontē aque viue. etc. S3 si inueniat istud malū in aliquo nunqđ desperandū e: nō. sed magis v3 adhortari. i. admoneri. Jō dicit Sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies. i. continue. i. discutiendo psciam suā et inducēdo ad bonum: donec hodie cognoscatur. i. donec durat pñs tps grē qd est totū sicut vnus dies. Jo. 9. Ne o3 opari opa eius qd misit me donec dies e etc. Et hoc id vt nō obduret q̄s ex vobis fallacia peccati. Sicut est supra dictū. Cor obduratur p obstinatiōez in malū. S3 p hoc aliqs firmiter inheret peccato quia fallit. Naturale enī e appetitū adherere bono: sed recedit a bono quia decipit. Prover. 14. Errat qd opant malū. et Prover. 13. fm aliā iraz. Hic v3

Explicatio sancti Thome

Ioseph errat in petris. **Sap. 5.** Ergo errauimus a via veritatis. **Consequenter** cum dicit. **Participes** etc. **Exponit** conditionem inuentionis. **Quasi** dicat. **Ita** conditio magis est efficax quam illa quia illic tantum audierunt: nos autem participes facti sumus christi etc. **Et loquitur** proprie quia in veteri testamento erat tantum auditus nec conferebatur gratia ex opere operato: sed in nouo testamento et est auditus fidei et datur gratia ipsi operanti. **Unde** sumus facti participes christi. **Iob. pmo.** De plenitudine eius accepimus omnes etc. **Sumus** autem participes gratie primo per susceptionem fidei. **Ephe. 3.** Habitare christum per fidem in cordibus vestris. **Secundo** per sacramenta fidei. **Gal. 3.** Quicumque in christo baptizati estis christum induistis. **Tertio** per participationem corporis christi. **pme Cor. 10.** Panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est. **Sciendum** autem quod duplex est participatio christi. **Una** imperfecta que est per fidem et sacramenta. **Alia** vero perfecta que est per presentiam et uisionem rei: primam iam habemus in re: sed secundam in spe. **Tamen** cum hoc spes habet hanc conditionem scilicet perseverantiam. **Unde** dicit. **Si** tamen initium substantie eius etc. **Quicumque** enim in christo baptizatur suscipit quaedam nouam naturam et formatur quodammodo christus in ipso. **Gal. 4.** Filii mei quos iterum paritrio donec formetur in uobis christus. **Hoc** quidem nobis uere perficitur in patria: sed hic tantum initium: hoc per fidem formatam quia informis mortua est. **1. Cor. 2.** Fides sine operibus mortua est. **Unde** ista non est nobis initium participationis christi sed fides formata: infra. 10. **Et** autem fides sperandarum substantiarum rerum id est fundamentum et quasi initium. **Dicit** ergo. **Sumus** participes christi: si tamen tenemus usque in finem firmum initium substantie eius scilicet fidem formatam. **Sed** contra uidetur quod timor magis sit initium: quia dicit psalmista. **Initium** sapientie timor domini. **Respō** deo dicendum est quod fides formatur per charitatem. **Charitas** autem non est sine timore casto. **Et** ideo fides formata semper habet timorem istum secum annexum. **Unde** et fides et timor sunt initium. **Aliud** autem quod addit dum dicitur hodie etc. totum expositum est. **Deinde** cum dicit. **Quidam** enim audientes etc. exponit quod dixerat de culpa illorum. **Quasi** dicat. **Vos** estis effecti participes christi: si non obduraueritis corda uestra: sicut isti qui audierunt sed exacerbauerunt non tamen omnes. **Duo** enim scilicet cauleph et iosue permanserunt ut habet **Numeri. 14.** **Et** alios etiam confortabant. **Et** per hoc datur intelligi quod quibus non tota ecclesia cadat: sed tantum aliqui quod nihilominus mali punientur sicut in istis duobus. **tertij Reg. 19.** **Reliqui** mihi septem nulla uirore que non curauerit gemma sua baal. **Ro. 11.** Reliquie secundum electionem dei salui fuerunt. **De** inde cum dicit. **Quibus** autem etc. exponit illud quod dixerat de pena. **Et** primo illud quod dixerat offensus fui. **Secundo** illud quod dixerat. **Iurauit** in ira etc. **Quibus** autem iurauit etc. **Dicit** ergo. **quibus** autem etc. **Ex** quo patet quod istud quod supra dixit quadraginta annis referret ad illud offensus fui. **Unde** dicit quod fuit eis offensus per illos quadraginta annos. **Unde** sciendum est quod omnes qui egressi sunt de egypto mortui sunt in deserto sicut dicitur **Iosue. 5.** **Modo** tamen omnes prostrati sunt sed aliqui uel a deo sicut quod aperta est terra et deglutit datan et abiron: sicut dicit in psalmo. **Et** de hoc habetur **Numeri. 16.** **Aliqui** uero prostrati sunt a moyse sicut patet in conflatione uultu: sicut patet **Exo. 22.** **Aliqui** uero ab hostibus: sicut patet in pluribus locis. **Et** ista satis habentur. **pme Cor. 10.** **Aliqui** uero morte propria mortui sunt. **Modo** ergo omnes prostrati sunt. **Unde** non fuit pena generalis: sed pena generalis fuit quod

nullus propter illos duos qui dicti sunt introierunt terram promissionis. **Et** de ista dicit. **Quibus** autem iurauit id est firmiter statuit non introire in requiem nisi illis scilicet qui fuerunt increduli uerbis exploratorum. **Unde** patet quod propter incredulitatem non potuerunt intrare. **Et** propter hoc dicit quod experti sunt quod propter incredulitatem suam non potuerunt intrare. **Uel** uidemus nos scilicet penam illam generalem que dicta est.

Capitulum quartum.

Timeamus ergo: ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius existimet aliquis ex nobis deesse. **Etenim** et nobis nuntiatum est quemadmodum et illis: sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex his que audierunt. **Ingre**diemur enim in requiem qui credidimus quemadmodum dixit. **Sicut** iurauit in ira mea. si introibunt in requiem meam. **Et** quidem operibus ab institutione mundi perfectis: dixit enim in quodam loco de die septima sic. **Et** requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. **Et** in isto rursum. **Si** introibunt in requiem meam. **Quoniam** ergo superest introire quosdam in illam: et hi quibus prioribus annuntiatum est: non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat die quendam hodie in dauid dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est. **Hodie** si uoces eius audieritis nolite obdurare corda uestra: **Nam** si eis iesus requiem prestisset: nunquam de alia loqueretur post hac die.

Premisit supra apostolus auctoritatem dauid et exposuit: nunc autem arguit ex ipsa. **Et** circa hoc facit duo. **Primo** enim inducit sollicitudinem introeundi. **Secundo** monet quod propter eum ingredi ibi. **Festinemus** ergo ingredi etc. **Circa** primum duo facit. **Primo** enim inuitit sollicitudinem timoris. **Secundo** ostendit quod de hoc debet sollicitudo imminere ibi. **Etenim** nobis etc. **Dicit** ergo: uictum est quod inueniuntur in requiem eius ergo et nos timeamus? **scilicet** timore casto et sollicitudinis. **Prone. 28.** **Beatus** homo qui semper est pauidus. **Sed** quid timere debemus? **Ne** forte etc. **Beatitudo** enim siue felicitas in hoc consistit ut homo ingrediatur illa. **Tob. 13.** **Beatus** ero si fuerint reliquie seminis mei ad uidentium claritatem dies iherusalem. **Infra. 12.** **Contemplantes** ne forte quis desit gratie dei. **Quia** ut dicit **Chrysostomus.** **Dator** est pena damnatis de hoc quod sunt exclusi a uisione dei et alie pene: quas habent. **Et** dicit. **Existimetur** scilicet diuino iudicio. **Matth. 25.** **Ite** maledicti in ignem eternum etc. **Uel** existimetur secundum humanam opinionem **Ephe. 5.** **Hoc** scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est ydolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi et dei. **Timendum** est